



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Acta Synodalia Osnabrvgensis Ecclesiæ, Ab Anno Christi  
MDCXXVIII.**

**Brogberen, Johannes**

**Coloniæ Agrippinæ, 1657**

Cap. III. De Simonia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14298**

## C A P . III . De Simonia .

**S**imoniae grave ac detestabile crimen, quod tamen frequens in hac Diœcœsi Nostra fuisse reprehendimus, Nos, cum ipso autore, tam ex Constitutione Canonum, quam legum civilium, damnatum ac reprobatum, sub iisdem poenis, à sacris Canonibus comprehensis, in Diœcœsi Nostra prohibemus ac damnamus; & in hoc omnem severitatem legum ac præcedentium Constitutionum Prædecessoris Nostri renovamus & confirmamus.

Causa I.  
q. I. per  
tot. tit.  
De Simo-  
nia. L. si  
quenquam  
21. De  
Episc. &  
Cler. No-  
vel. 123.

**S**ed neque Clericun. Et quidem apud gentiles ambitus avaritiæ, ac sordium species subesse possit.

*suo fuit contra Sacerdotum petentem. L. I. Ad L. Int. De ambitu. Conc. Trident. sess. 24. c. 12. de refor. Confit. Pi. V. incip. Durum nimis, edita Anno 1570.*

## C A P . IV . De Vsuris .

**P**Opularis frequentia, criminis usurorum ipsius fecunditatem & enormitatem ex animis hominum poene delevit adeo, ut etiam verendum sit, ne spes dolosi lucri interdum multos decipiat, ac in salutis sue præcipitia deducat. Vt tamen, quantum in Nobis est, ex omni hominum ordine hujus criminis contagio eliminetur; præsenti decreto prohibemus ac damnamus omnes contractus usurarios, sive in mutuo sive in emptionibus annuorum censuum ac reddituum, & excessu pensionum seu præstationum, seu quounque alio modo, à jure reprobato, contingant; & tam contra usurarios quam usurarum proxenetas, ministros, contractuum scribas & Notarios, præter censuras Ecclesiasticas, privationem scilicet Communionis & sepulturæ, ac restitutionem justam, arbitrarius poenis procedamus.

c. 3. de  
Vjuris.

**H**ortamus vero omnes Ecclesiarum Parochos, Concionatores, Confessarios, & alios curam animarum habentes, præsertim in celebrioribus Diœcœsis Nostræ Civitatibus & opidis, ut de hoc perniciose crimine ex Canonibus & probatis libris & autoribus se ipsos diligenter informent, ac populum sibi commissum doceant, quid in hujusmodi contrabibis licitum, quid vero prohibitum ac cavendum sit.

**V**t vero poenam in Vsurarios à jure statutam omnes agnoscant, repetenda ad verbum visa fuit Constitutio in Lateranensi Concilio edita, quæ sic habet:

c. 3. de  
Vjuris.

*Quia in omnibus fere locis crimen Vsurarum invaleat, ut multi, aliis negotiis pretermisssis, quasi licet Vsuras exercant, & qualiter viriusque Te-*

*stamenti pagina condemnatur, nequaquam attendant; ideo constituimus, quod Vsurari manifesti, nec ad Communionem admittantur Altaris, nec Christianam (si in hoc peccato decesserint) accipiunt sepulturam; sed nec oblationes eorum quisquam accipiat; qui autem accepit, vel Christianæ tradiderit sepulturæ, & que accepit reddere compellatur &, donec ad arbitrium Episcopi sui satisficiat, ab officiis suis maneat executione suspensus.*

## C A P . V . De Beneficiis, eorum Collationibus, seu Iure Patronatus, Institutionibus, Resignationibus, &amp; Permutationibus.

**I**psa rerum magistra experientia loquitur, nihil ita Ecclesiæ obesse, quam quod ipsa suis stipendiis, qua benignitate Sponsi sui, & Christi fidelium liberalitate, obtinet, & ex Christi ærario elargitur, idoneos ministros, & digne sibi servientes invenire non possit, sed illa saepè depeculentur ignavi ventres, Beneficiorum Ecclesiasticos redditus usurantes, non tanquam publica Officiorum stipendia & virtutum merita, sed tanquam privata commercia atque compendia nundinantes. Quæ res merito curam Nostram Episcopalem excitat, ut diligentius de remedis in communi calamitate cogitare, ac providere debeamus, ne pro utilibus & maxime necessariis Ecclesiæ Ministris, rudes pueri, aut alias ætate, scientia, moribus inepti, extremo Ecclesiæ exitio, & tam conferentium quam acceptantium periculo, intrudantur, sed ut omnia, hac in parte, recto modo & ordine procedant.

**2.** In primis autem, cum longo abusu & ploranda corruptela præcedentium temporum irrepserit, quod Patroni, præsertim Laici, qui Ius nominandi vel præsentandi habuerint, nimis libere, ac contra Iuris rationem ac primævæ Institutiones ac Fundationes, de Beneficiis Iuris patronatus, tanquam de familiaris Patrimonii ac privati juris bonis, hactenus fere disposuerint, sine ulla fere distinctione ætatis, ordinis, ac qualitatum de jure necessariarum: scire Patronos omnes volumus, illis jure patronatus ex præscripto Canonum & Concilii Tridentini, ita moderate prudenterque utendum esse, ut neminem pro suo arbitrio violenter intrudant, sed ad beneficia idoneos, ætate, scientia, vita ac moribus præsentent; aut non ægre ferant, si præsentati inutilis, jure à Nobis repellantur; cum ex jure patronatus aliud illis nihil competit, quam potestas præsentandi Episcopo, aut illi qui Ius instituendi habet, Clericum idoneum ad beneficium vacans.

**3.** Illud etiam Patronis, cuiuscunque ordinis ac dignitatis sint, observandum ex Canonibus & Concilio Tridentino præcipimus, ut

c. 3. de  
Vjuris.

c. 16. q.  
7. c. præ-  
terea &  
parum  
tot. tit. De  
jure patr.  
Conc. Tri-  
dent. sess.  
14. c. 12.  
& sess. 25.  
c. 9. de  
reform.

in